



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ pœnæ impositæ sint ingredientibus simoniacè Religionem, vel sic
ingressos recipientibus. punct. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Disp. III.

P V N C T V M XXIII.

Quæ poenæ impositæ sint ingredientibus simoniæ Religionem, vel sic ingressos recipientibus?

S V M M A R I V M.

1. Omnes habentur in extraug. 1. de simon.
2. Proponitur quadam obiectio. & si illi satis.
3. Non comprehendunt panem Religiosum exiguum aliquid pro suo ingressu, quod intelligitur de ingressu consummato. Probabile est supradictum extraug. non esse receptam.

4. Superiori puncto diximus solum pro simonia commissa in singulis Religionis Ordinis, & beneficij susceptione panis ipso iure esse impositas, videamus nunc est, quæ sunt hac poena. Et primo loquamur de ingreditibus Religionis, illisque recipientibus.

Poenæ igitur impositæ ob ingressum Religionis simoniæcum habentur in extraug. 1. de simonia: ibi enim in primis fertur excommunicatione aduersus singulares personas, quæ exigunt ab ingressu aliquid pro illius receptione in Religionem. Vnde si ipse sponte det, vel det in sui sustentacionem iam super diximus non puniri hoc extraug. & maximè in monasteriis monialium, ubi confutudo obtinuit exigendorem, & propinas ab ingreditibus. Secundò, fertur suspensio generaliter aduersus Capitulum, seu conuentum, si in hanc simonianam confestinetur. Ratione autem huius generalis suspensionis manet Capitulum sumpnum ab officio Capitulari quod administrationem, & iurisdictionem Ecclesiasticam non quadam alia munera. Tertio, simoniaci admissi præter excommunicationem restringuntur indigent dispensatione Episcopi, ut possint in eodem monasterio remanere, vt cautele in supradictis. Quæopter tenentur ex illo monasterio exire, & in alio loco actioni remanere: ita habetur in cap. quiniano de simonia: ibi tam recipiens, quam recepte, utique simoniæc sine spe restituitione suo monasterio expellatur, & in locum auctioris regulæ, &c. colloccetur, & exceditur statutum ad omnes Religiosos, & in cap. de regulariis, de simonia, ac Pontificis. Relpondemus, vt locum quem taliter adepti sunt omnino dimittant, & solitudines, & alia strigula monasteria aedant. Hoc tamen intelligi debet politica quam coniuncti, & condemnatis: nam ante condemnationem non teneatur exire, vt notarit Vgol. tab. 1. cap. 16 §. 4. Lessius cap. 35. dub. 2. 3. fine, Suarez cap. 57. num. 8. Ratio est: quia non apparet textus clare obligans ad supradictam penam, antequam a iudice imponatur. Nam efficacior est extraug. de simonia, quæ exigit dispensationem Episcopi ad mandandum, sed dici potest exigi dispensationem, si concubinari, & condemnatur de criminis, vel exigi dispensationem, vt possit remanere in monasterio absque periculo illius poenæ, & condemnationis.

2. Sed obiectio Nauart. com. 4. de Regularib. num. 25. collatione beneficij facta simoniaco nata est ipso iure. Ergo Religiosus emittens simoniæc professionem, eto eius professo validus sit, non acquirit ex illa ius ad Religiosam sustentacionem & locum in choro, & in Capitulo cum voce actua, & passua: quia haec omnia reputantur quasi quoddam Ecclesiasticum beneficium. Ergo teneat illud monasterium dimittente ante condemnationem, siquidem in illo sustentatur non potest.

Repondeo cum Suarez cap. 57. num. 7. & 9. Religiosi professione secundum omnes doctores validam esse: sed quia illi Religiosus status media professione acquisitus, non est propriè beneficium Ecclesiasticum, sed largo modo, ea de causa non comprehenditur sub lege irritante collationes beneficiorum Ecclesiasticorum: quia lex penalis non debet extendi. Et alioqui simoniacus occultus cogitetur in seipsum ex qui poenam relegationis, & confessionis a suo monasterio nullo cogente, vel manens in illo non posset vii commodis, & iuriibus professorum, quorum vitatio absque scandalo fieri non potest. Hoc igitur onus gravissima sunt, ac proinde imponi non debent absque expellere, & inequa libibus verbis legis, quæ in praefecti non inveniuntur.

3. Circa supradicta notandum est cum Suar. lib. 4. cap. 56. num. 7. non comprehendunt Religiosum exiguum a monasterio aliquid pro suo ingressu. Nam esto ibi interueniat simonia: non tamen punitur in supradictis extraug. Secundo notandum est, probabile esse simoniaca paupertas in supradictis extraug. esse solum que committitur ingressus Religionis consummatus, hoc est in professione. Vnde si pro ingressu Religionis ad monasterium exigetur à te pecunia, esto ibi committeres simoniaca non incidentes in supradictis poenæ, neque Capitulum suspendetur, si factum retractare pecuniam non recipiendo, vel illam reddendo ante professionem. Tertio, notat Lessius

Berd. à Castro. Sum. Mor. Pars II.

Punct. XXIII. & XXIV. 341

lib. 3. c. 35. n. 13. ex Nauart. & Sylvestri, huiusmodi extraug. non esse receptam sa tem quodam penam excommunicationis.

P V N C T V M XXIV.

Quæ poenæ imponantur pro ordine Simoniæc dato, & suscepto.

S V M M A R I V M.

1. Poena est excommunicatione ordinantibus imposta.
2. Expenduntur aliae panes ordinantibus imposta.
3. Expenduntur panes in ordinatos latæ.
4. Quæ ratione haæ panæ tolli possint?

1. **Q**ui simoniæc aliquem ordinat, aut ad ordinem sic conferendum mediator, seu praefector existit, eo ipso est excommunicatus excommunicatione Papæ referata: habetur in extraug. 2. cum deretabile, de simonia. Hoc tamen secundum probabile sententiam non extenditur ad collationem primæ poenæ: quia non est vetus ordo, & poena debet restringi: ita Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 23. Neque etiam extendi debet ad Notarium, & Ministrum, qui pro literis dimisioris, & aux testimoniis aliquid exigenter: neque etiam ad Episcopum, si post ordinem gratis collatum aliquid postea recipiat: nam esto ij omnes peccent, & simoniaci sint iuxta Trident. sess. 2. c. 1. de reformat. non tamen incidunt in hanc excommunicationem, neque in aliquam penam ipso facto: quia illa verba Concilij Dantes, & accipientes vlera diuinam vitionem prentis à iure infictas ipso facto incurvant, debent referri tantum ad dantes, & accipientes ordines, non ad alias actiones in illo cap. enumeratas: quia solum pro danibus, & recipientibus ordinis simoniæc, aut illorum mediitoribus poena ipso iure late sunt: & ita tradit Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 24. num. 133. cum Nauart. cap. 23. num. 111. & Suarez lib. 4. cap. 56. num. 5.

2. Secunda poena ordinantibus imposta, est suspensio ipso iure ad collationem quorunque ordinum, que adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munierum Pontificalium: ita habetur in quadam Bulla Sixti V. contra malè promotos, quæ incipit Sanctum, & salutare, quam Bullam, eti Clemens V IIII anno 1595. revocauerit, & ad ius commune reduxit, non tamen quod penas simoniacorum imo potius ibi dicitur: se velle in suo labore perfidere eas omnes, quæ sunt latæ contra simoniæc ordinantes, & ordinatos. Tertia poena ipso iure imposta ordinanti simoniæc est interdictum ab ingressu Ecclesiæ: habetur in supradicto motu Sixti V. Quarta est suspensio à regimine, & administratione sua Ecclesiæ, & perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum, si interdictum ab ingressu Ecclesiæ, & suspensioem à Pontificali munere violauerit.

Circa sopradicta aduerto in supradictis Bullis, & decreti nullam aliam penam ipso iure latæ esse aduersus mediatores, seu praefectores ad simoniacam ordinationem præter excommunicationem. Solum suspensio per triennium ab executione suorum ordinum illi videtur imposta in cap. penult. de simon. vt docet Greg. Lopez leg. 16. tit. 17. p. 1. Suarez. c. 56. n. 15. fine, & num. 13: quan tamen suspensio in non incurrit, quoniamque ordinatio de facto fiat, vt ipsius Suar. notauit num. 23. fine: verum Lessius dub. 24. num. 134. §. tertio, videtur attento iure antiquo nullam esse pro ordinante, & consequenter neque modo pro mediatore latæ suspensioem: quia causus illius cap. penult. de simon. videatur sibi esse specialis, neque continentur futurum, & consequenter ad alios causas extendi non debet: & suislinet potest.

Poenæ vero latæ in ordinato simoniæc sunt: Prima ex communicatione ipso facto. Habetur in supradictis extraug. Secunda suspensio ab executione suorum ordinum: ita in supradictis extraug. non loùn eius quem sic suscepit, sed etiam omnium quos habet: illa enim particula suorum ordinum hoc indicate videatur: & ita tenuit communis sententia: Greg. Lopez. 11. tit. 17. p. 1. verb. verdad por derecho, Man. Rodriguez 2. sum. c. 56. n. 6. ver. el octavo, Lessius dub. 24. num. 135. & Suarez. c. 5. de cesur. disp. 31. sect. 4. num. 31: quamvis probabilitate non carcer, vt tenet supra dicti doctores solum extendi suspensionem ad ordinem simoniæc suscepit, non ad alios rite suscepitos, quia licet Ponitrix loquatur in numero plurali, dicens, sicut ab executione suorum ordinum suspensi illa locutione pluralis correspondit plurali locutioni prædicti: loquebatur enim de omnibus, qui ordinati sunt simoniæc, & di illis statuit, vt fin' è suorum ordinum executione suspensi, hoc est quilibet à suo ordine simoniæc suscepit, & omnes simul à suis ordinibus sic simoniæc suscepit. Praesets in Bulla Pij V. edita cōcta male ordinatos, quæ incipit, sum primus, & est. in Bulario: sic statuit: Quicunque deretabile viri simoniæc prauitatis coniunctus fuerit commissus in consequendis ordinibus

F 3. 60